



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.
Emanvelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

Rodrigues, Manuel

Lvgdvni, 1621

Altaria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41743

ALIMENTA.

Monacho relegato in aliud Cœnobium ob delictū inter possidentes tenetur subministrare alimenta Monasterium, cui acquisiuit, vel attulit bona: at si nihil attulerit, tenetur Superior, cui subiectus erat dum deliquit. In Ordine vero Fratrum Minorum; tenetur Guardianus Conuentus ad quem relegatur. *tom. 2. quæst. 24. art. 2.*

ALTARIA.

Vide Missa.

Mendicantes postquam bis auctor Episcopum Diœcesanū rogarint pro consecratione suorum Altarium, si Episcopus aut Sedes vacans ad id licentiam dare noluerit, possunt alium quemlibet Orthodoxum Antistitem adire ex privilegio Sixti V. non reuocato per Concil. Trident.

Sufficit tamen quod superior mensa ipsius Altaris seu Ara, super quam fit consecratio, & reponitur Corpus & Sanguis Domini nostri Iesu Christi, sit lapidea, & habeat eam latitudinem, ut possit capere hostiam, & maiorem partem calicis,

cis. tom. I. quæst. 28. art. I.

Abbates Cittertienses ex concessione Innocentij VIII accepto Chrismate ab Episcopo, possunt in suis Ecclesiis tantum Altaria consecrare, nullo tamen modo pro aliis fine expressa licentia Episcopi. Ex Concil. Trid. art. 2.

In partibus Indianorum Provinciales Patrum Iesuitarum, & Fratrum Minorum, necnon iij quibus ipsi commiserint, Sacramentum Confirmationis fidelibus ministrare, & benedicere Calices & Altaria possunt, etiam pro vnu alieno. Ex concessione Adriani VI. & Leonis X. ibidem.

Mendicantibus itinerantibus concessum est celebrare in locis honestis in Altari portatili, per plura priuilegia, quæ non reuocat Concil. Trident. Licet velit ut id Episcopi prohibeant, non obstantibus quibuscumque priuilegiis, ac proinde illis scientibus, & non prohibentibus saltem in foro conscientiæ licet art. 3. Sinc præiudicio Ecclesia Parochialis, quod iuxta declarationem Sixti IV. in duobus cōsistit,

B 5 in

26 APPELLARE.

in exactione decimarum , & primi-
tiarum . tom . 2 . quæst . 75 . art . 1 .

Olim fuit permisum ab *Alexand.*
V I. & *Vrbano V.* Regularibus eri-
gere Altaria in suis grangiis , cella-
riis & infirmariis ad celebrandum ,
& diuina peragenda : sed *Conc. Trid.*
Episcopis mandat , vt non permit-
tant Missam celebrari *extra Eccle-
siam* , in domibus priuatis , per quod
non intelliguntur Oratoria , Capel-
læ , Altaria portatilia , in grangiis vel
infirmariis Monasteriorum , cùm
non sint omnino *extra Ecclesiæ* : nam
veniunt intelligenda nomine *Ecclesiarum* . *ibidem* .

APPELLARE.

Fratres mendicantes sub pœna
excommunicationis prohiben-
tur à *Iulio II.* appellare : quod intel-
lige seruatis statutis Ordinis cum
debita maturitate & deliberatione :
nam si Superior malè procedat , aut
excedat modum correctionis , per-
missum est eis iure naturali , cui non
contradicit Canonicum : & si diffu-
gium appellationis eis esset inter-
clusum , licitum esset uti remedio
de